

## Bexta etas mundi



Alfonfus rex

**A**lphonsus fardinandi aragonie regis filius. Cuius pater ioanes vltorio /  
ris byspanie rex. qui currentis equi lapsu exanimat<sup>9</sup> fuit. ano. 1442. rena /  
to supato. 7 pulso in regno neapolitano succedēs regnavit annis ferme. 22. Cū  
diu antea regnasset in aragonia 7 sardinia atq; byspania annis multis. Rena /  
tus em rex ludouici andegauēsis frater. ex francoꝝ genere natus a ioanna regia  
contra alphonsum regē in apulio regno vocatus cū quatuor annis regnass<sup>9</sup> deij /  
citur. qui massiliā vñ in mitio venerat mari reuersus ē. Huius alphonsi pater vir  
sanctus cū defecisset quatuor post se reliquit filios. alphonsum. ioannē. heinricū  
7 perrū. Hic cū maior natu esset regnū paternū obtinuit. Et bellicarū rex glorias  
pacis laudibus pferens ad id regnū oculos adiecit. in id magna classe deuenit.  
Et pfectum arcis maritime ad pditionē pellerit. 7 castellū cepit. inde bellū nea /  
politans intulit. Mortua aut regina cōtra renatū mouēs adeo neapolitanā vr /  
bem longa 7 durissima obsidione fatigauit. vt multi fame perierūt. Tandē noctu p cuniculū furtim militi /  
bus intromissis urbē cepit. 7 paulopost vniuersis regni pceribus domitis vniuersum regnū in suam po /  
testatē redegit. Eoꝝ tanto regno pacato neapolim rediēs. curru aureo triūphās urbē inuectus ē. post ma /  
gnifica gesta. Cuius dicta ac facta antonius panormita poeta clarissimus disertissime pseripsit. qnto kal.  
iulij. clausisse oculos traditur. nullis ex se relictis filiis legitimis. nisi tantū ferdinādū adhuc extantē ex cō /  
cubina filiū. quē 7 in apulie regno ex testō heredē sibi dimisit. In aragonie aut regno Joānes frater suc /  
cessit. Reliquit aut hic inclitus rex cū super tria regnasset regna. tantas diuitias quātas vnq; vllus alius  
pdecessoꝝ regū fecerit. qui sine p̄trouersia regū principūq; omniū quos nostra etas tulerit. 7 sapientissim<sup>9</sup>  
7 fortissim<sup>9</sup> habitus ē. Rex inter voluptates moderatus inter adulatōres firmus inter vana plera q; prin /  
cipum exercitia doctrine studia haud omisit.

Julianus cardinalis

**J**ulianus cesarinus cardinalis diaconus. Vir fidei xpiane amator feruentissi /  
mus. Et omibus vtutibus tam diuinis q; humanis ornatus. queꝝ superiorib<sup>9</sup>  
diebus. eugenius pontifex legatū in vngariā ad cōponendū inter ladislaum polo /  
nie regem 7 vxorē alberti impatoris pacē miserat. anno. 1444. apud budaz regni  
vngarie caput inter ipos optimū pacis fedus inūisset. Eo etiā regē ipm 7 vngaros  
omnes deduxit. vt magno cōparato exercitu contra turcos europam occupare vo /  
lentes pficiscerent. Qui turcoꝝ fines cū ipō exercitu hostili animo ingressi. Inter  
dambiu fluuū 7 andrinopolim a solis ortu vsq; ad occasum cū hostibus pugna /  
tes. ad quadraginta turcoꝝ milia eo in cōflictu occiderūt. inter quos decem 7 octo  
ex primoribus eoz principibus cecidere. i qua tamē pugna ladislaus ipse polonie  
rex viriliter pugnas sagitta saucius interijt. Julian<sup>9</sup> aut ipse mortuo rege ceteros  
in plio exhortās. duꝝ xpiani ex mltitudine turcoꝝ terga vterēt. p xpi noie occubuit.



Franciscus Sforzia



**F**ranciscus Sforzia philippi marie ducis gener. Anno. 1448. tercio kalē.  
marcij. iure hereditario potitus. Quart<sup>9</sup> mediolanensius dux efficitur. Et  
vna cum vxore blanca maria regnavit annis. 16. 7 mense vno. Vir certe indigen /  
do acerrimus 7 eloquētissimus. qui sua eloquentia magnanimitate fortitudine.  
liberalitate. 7 prudentia. veteres quasi imperatores superauit cum in re militari  
victoriosissimus fuit. Qui etiam ipsa in iuuenili etate quantas in primis contra  
bracium. contra florentinos venetosq;. contraq; eugenū pontificem. contra me /  
diolanenses 7 alios ytalos obtinuerit victorias. multis in locis clarissima extāt  
trophea. Et que clarissime gesserit in multis poetarum oratorumq; scriptis ver /  
santur. Qui etiam permagnifice 7 splendide tum mediolani. tum alijs in vrbi /  
bus edificauit. Et in primis castellus iouis mediolani. aliud in lauda ciuitate cō /  
fecit. hospitale magnificentissimū in vrbe fundauit. Extra portas cumana apud  
sanctas mariam incoronata. monasterium cum ecclesia diuo Nicolao de tolen /  
tino dicata suasu vxoris blanche marie a fundamentis edificauit. Tandem sex post se relictis ex vxore ma /  
sculis 7 ducibus femellis. anno a natiuitate domini. M. cccclxvi. marcio mense mortuus est. funeratus in  
genti pompa in maximo vrbs templo loco sublimi.

**S**olis defectus anno. M. cccclxviij. quarto kal. septembris hora sexta facta  
est. Quo anno maxima 7 cruentissima bella multis in locis surrexerunt. in  
anglia em 7 in gallia germania. flandria. perusia. p̄nonia. apulia. ac in vniuer /  
sa ytalia (vt dictum est) cedes rapine direptiones. incendia. vastationes. 7 infini /  
ta prope mala et damna subsecuta sunt. grecis autem mortuo amurate turcoꝝ  
principe. multo maiora illata sunt damna. 7 seuiora bella a mahumeto eius filio  
excitata sunt. Sequenti deinde biennio tanta vbiq; fuit pestis vt de multis pau /  
ci remanserunt. Id etiam malum frequentes terremotus indicarunt.

